

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1229

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

117

HIEROGRAPHICI.

118

dem Ratisbonensem ab an. 926.
ad an. 937. tenuit, Coenobium
que praedictum in Commendam, ut
ajunt, habuisse videtur.

LI. VI. C. 24.

¹⁵⁰ Codex membraneus lat. Sec.
IX. Folior. 196. f. charactere lu-
culento, sed a Librario minus la-
tine docto, qui voces duas jam
inter se neceperet, jam vocis ejus-
dem syllabas divelleret, exaratus,
et bene fartus tectusque continet
Librum IV. Evangeliorum, In-
scriptionibus, Literis initialibus,
et notis marginum harmonicis mi-
niatis. Exordium dicit Hierony-
mi ad **Damasum Papam Praefatio**:
*Nouum opus me facere co-
gis &c. sed procedit tantum us-
que ad illa verba: Sciendum ta-
men, ne quis ignarum &c. quae
alioquin melioris notae Codices
non agnoscent. Sequitur Prologus
Commentarii Hieronymiani in Mat-
thaeum: Plures fuisse, qui evan-
gelia scripsérunt &c. et hic tan-
tum usque ad illa verba: Satisque
miror, Eusebi dilectissime &c. Hunc
excipit Eusebii Caesariensis Epi-
stola ad Carpianum de Canonibus
Evangeliorum: Ammonius quidam
Alexandrinus magno studio &c.
Non tamen statim succedunt ipse
Canones, sed interjacet primo il-
la lacinia Epistolae ad Damasum:
*Sciendum tamen, ne quis ignarum
&c. superius rejecta, quae etiam
in Hieronymi edit. Vallars. T. X.
col. 665. separatim habetur; dein,
ut inscribitur, Argumentum secun-
dum Matheum. Matheus ex iudea**

sicut in ordine primus ponitur &c.
denique Breviarium Ejusdem se-
cundum XXVIII. Capita, hoc ini-
tio: **I. Natiuitas christi. magi cum
muneribus uenient. Et ioseph ab
angelo per uisum admonitus cum
puero et matre eius in egyptum
fugit. infantes interficiuntur. Hoc
tandem absoluto. Canones** lineis
miniatis porticum instar, ut so-
lent, inclusi comparent, post quos
fol. 17. p. 2. non fine ductuum or-
natu, litera unciali: **Incipit Evan-
gelium Secundum Mattheum**, cu-
jus prima verba eadem magnifi-
centia usque ad: *Abraham genuit
Iaac*, exarata sunt. Idem puta de
reliquorum **Evangeliorum** initisi,
quibus, uti **Matthaeo**, et **Argu-
menta** et Capp. **Breviaria** praefixa
sunt. Numeri Capitum aliter,
ac hodie, divisorum, uti et Ca-
nonum harmonicorum Citata mi-
nio in margine notantur. Textus
ipse non contineente linea scriptus
est, sed saepe abrumpitur, et ad
caput paginae redit, lineis initiali-
bus ejusmodi περικοπῶν non raro
minio exaratis. Ab editis cete-
rum nihil notabiliter differt. **Fol.**
189. p. 2. **Incipit Capitulare
Evangeliorum de Circulo Anni**, li-
neis rubris nigrisque alternantibus.
Initium est: *In natali domini Ad
sanctam mariam maiorem. Secun-
dum lucam. Kan. (Cap.) III.
Exiit ediculum a cescere (Cesare)
augusto. Usque pax hominibus bo-
ne uoluntatis. Collato hoc Capitulare
cum eo, quod Celsiss. Ger-
bertus in Monum. Vet. Liturg.
Alem ad pag. 417. publici juris
fecit, sequentia adnotare visum*

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 1229

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I. Wien 1793.

119

C O D I C E S

120

est. Ab initio usque ad *Septuagesimam* defunct in Cod. nostro *Lectiones Dom. I. post Natalem Domini, Natalis S. Martiniae, et duae post Theophaniam*, tertia nobis inscribitur *Feria IIII. post Theoph. Sec. iob. k. XIII. Vedit iohannes ibesum venientem ad se &c.* A *Septuagesima* ad *Pascha* deficit in nostro *Lectione Sabb. Quinquagesimae, et Sabb. Hebd. V.* unicum est *Evangelium Job. c. 153.* Sublevatis *ibesum oculis &c.* A *Pascate* usque ad *M. Augustum, Sabb. post Pentec.* secunda nobis deest *Lectione*, item *Lectione Hebd. II. post Pentec.* sed *M. Junio die XIII.* deest in editis *natalis sancte felicule.* Post *Octabas pentec.* per errorem in nostro Cod. bis habetur *Feria IV. VI. et Sabb.* sed deest *Hebd. IV. et V. Lectione Hebd. VI.* nobis inscribitur *II. Die XXVIII. Jun.* deest *Translatio Corporis b. Leonis Pont.* et *Hebd. V.* tantum unum habet *Evangelium: Quidam legisperitus surrexit tentans Jesum &c.* Ab *Augusto* usque ad *finem. M. Novembri* duplex nobis est *Lectione in natali sancte felicitatis; sed deest Lectione in die belli, et tertia in natali pape, pro qua duplex est in ordinatione presbiterorum.* Deficit vero Codex in *ordinatione diaconorum*, qui non tantum propter haec adlata, verum etiam propter alias, five in *Hebdomadum numeratione*, five in *Stationum adsignatione*, five in *dierum ordinatione et inscriptionum ratione ab editis differentias antiquae Li-*

*turgiae studiosis commendari me-
retur.*

LII. *intra Cem.*

Codex membraneus lat. Sec. 982
*XIV. Folior. 191. fol. maj. totus auro magnifice exaratus, literis initialibus Capitum grandibus historiatis, Versuum vero, uti et Capitum titulis, et interpunctionibus vario colore expressis, paginis praeterea omnibus limbo caeruleo ad angulos florido circumdati, ut recte praeclarissimum non artis tantum, sed et patientiae humanae monumentum dici queat, Evangeliarium est Versionis vulgatae. Fol. 1. p. 2. Pictura grandis. Acta S. Matthaei in 12. divisa loculos eleganter exhibet, adnexit ad 4. angulos Insignibus Styriae, Austriae, Tyroleos et Carinthiae, unde colligo Codicem aut jussu Alberti III. Ducis Austriae dicti cum Trica scriptum, aut ei dono destinatum fuisse. Fol. 2. p. 1. ita init Evangelium, ut sola litera L totam faciat paginam. Referta ea est Angelis variis instrumentis concentum musicum edentibus, spatio vacuo, quod inter illam et limbum est, quintuplici serie Capitum utriusque Sexus occupato, quae an Progenitorum Christi, an Familiae Ducum Austriae dicam, nescio. In limbo prosequitur textus: *Iber generationis ibesu christi filij dauid filij abraham.* Per decursum nihil occurrit notabile, nisi quod quaedam Capita paullo citius finiantur, aut ulterius procurant,*